UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cursus Theologiæ Polemicæ Universæ

Pichler, Vitus

Augustæ Vindelicorum, Anno MDCCXIII.

Art. II. De Confirmatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39374

Visual Library

ba longè aliter ſonant, quàm citata ſunt, partim loquitur de adultis, qui in re ſuſcipere Baptiſmum non poſſunt, ſuſcipiunt tamen in voto: partim de infantibus, quibus ait prodeſſe Baptiſmum, licèt nec cordè credère, nec fidem ore profiteri poſſint: ſufficere, ſi alius pro eis reſpondeat, & dicat: *credo.*

ARTICULUS II.

De Confirmatione.

SUMMARIUM.

Quid ſit Confirmatio, ejus Materia, Forma, Miniſter, & Effectus.

CONfirmatio eſt Sacramentum confirmativum hominis baptizati per augmentum virtutis ad conſtantem fidei profeſſionem, quod confertur ab Epiſcopo per unctionem Chryſmatis conſecrati ſub præſcriptis verbis. Unde ejus *materia remota* eſt, Chryſma, ſeu oleum olivarum balſamo mixtum, *proxima* unctio in fronte in formam crucis facta. *Forma* ſunt hæc verba: ſigno te ſigno crucis, &. confirmo te Chryſmtae ſalutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritûs S. *Miniſter* Ordinarius eſt Epiſcopus; ex commiſſione tamen ſummi Pontificis etiam ſimplex Sacerdos eſſe poteſt. *Effectus* eſt augmentum gratiæ ſanctificantis, ac robur contra tentationes in fide. Præterea imprimit characterem, quo adſcribitur confirmatus in *militiam* Chriſti, ſicut per characterem Baptiſmi adſcribitur in *familiam* Chriſti. Ita Catholici ex perpetua Traditione; Sectarij verò negant hæc omnia, quia negant, Confirmationem eſſe Sacramentum, Contrarium nos hìc ſupponimus, p. 552. ſeq. jam ſufficienter probatum. Nihil verò aliud circa Confirmationem occurrit. Unde ſit.

ARTICULUS III.

De Eucharistia.

SUMMARIUM.

1. *Quæ ſint circa Euchariſtiam controverſa cum Sectarijs.*
2. *Chriſtus eſt verè, realiter, & ſubſtantialiter præſens in Euchariſtia, veréque ſumitur; & non tropicè tantùm, figuratè, in ſigno, aut ſpiritualiter ac per fidem, ut volunt Sacramentarij.*

3. Quo